



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XVI. Modi pecuniæ colligendæ ab Aristotele lib. 2. Oeconom.
recensiti, alijqúe similes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Facilis responsio, Eos qui pecuniâ patriam adjuvant, non inferiores esse alijs, qui fumosas imagines jactant; nec enim solius pecuniæ, sed virtutis etiam ratio habetur. Magno verò illos esse animo, vel hinc discimus, quod magnas pecunias minoris, quam mediocrem honorem aestiment. Hoc suaserim illis Principibus, quibus nobilitas subiecta est, & ubi illa quoque negociatur; Quod si multitudine novorum vetus vilescat, minus id mali est, quandoquidem per virtutem recuperare dignitatem potest. In Gallia id quoque factum, & immunitatem magnâ summâ redimebant; id olim quoque factum, cum jus civitatis Romanæ integris nationibus datum, aut venditum. Ingens imperij tanti accessio. A. 22. versicul. 26. ἐγὼ πολλὰ κεφαλὰς ταύτης τῆς πολιτείας ἐπηράμην. Ego magnâ summâ civilitatem illam consecutus sum: Si multa millia civitate donabant, sed id magnâ summâ, multa millia magnarum summarum quantam pecuniam effecerint, non est dubium. Sic & jure civium mediocri aliquâ pecuniâ poterit Princeps, aliaque largiri, quæ honorifica sunt, nec aliorum tamen commodis, vel libertati præjudicant.

Nec dissimile huic est, quod Bizantij in necessitate fecerunt, cum enim lex esset. Ne quis jure civium frueretur, nisi utroque parente civis natus; edixerunt; si quis Reipublicæ triginta libras conferret; quamvis alterutro parente tantum civis natus, civis eo, quo qui optimo, jure haberetur.

§. 6. Tamerlani illud barbaræ crudelitatis fuit, in urbem quam obsidere meditabatur mercatores cum preciosis pellibus mittebat, jubebatque facili precio distrahere, ut emerentur; deinde cum urbem occupasset, pelles quas commodè abscondere non poterant, recepit. Honestæ ratio: sic enim ex hostium pecuniâ exercitum alebat, & merces deinde recipiebat, alijs vendendas. Ita Haimo Armenus.

§. 7. Edouardus Quartus Britanniae Rex, amicos rogavit, ut sponte sibi pecunias conferrent, ad expensas militiæ, se ex facto singulorum benevolentiam aestimaturum; quare ipsa contributio nominata est benevolentia. Idem Henricus Septimus imitatus est. Polydorus libr. 26. & 27. Si magna incubat necessitas, est recta ratio, sed animaduertendum, ut vicissim illis beneficiat, alioqui nihil durius, quam Principis priuatæ apud amicos preces; si enim negent aut parce donent, paratam sibi cladem putant. Si quis aut nolit, aut non possit dare, inimicus Principis efficitur, quia graviter sibi offensum arbitrat.

§. 8. Antoninus Philosophus, ut pecuniam conficeret, omnia vasa aurea, argentea, murrina, crystallina, gemmas, omnem vno verbo suppellectilem, vxorisque ornamenta publice vendidit, ut pecuniam conficeret. Non dissimile est illud Epheliorum, qui ut lib. 2. Oeconom. refert Aristoteles, cum pecuniâ egerent, lege sanxerunt, ne aurum ferrent mulieres, deinde ut civitati mutuum darent. Quidam hæc fordida putant, ego magnificum arbitror; nam ornatum externum contemnere regium est; deinde subditi paritur, & nobilium, potentiumque animi ad Republicam adjuvandam inflammanantur, quis enim e gemmâ diuite bibet, si Principis fictilem suppellectilem intueatur? Venetis parum illa res ex sententiâ cessit, cum ciuibz extorque pecuniam vellent. Nam edixerunt, ut quicquid auri, argentiue cælati esset, id ad duum viros deferrent, ut nummi cuderentur; decimæ partis lucra reciperent, qui non tulissent, eorum bona venderentur; sed cum reculerent, captis pignotibus & carceribus coacti sunt. Id factum bello contra Ju-

lium 2. Bemb. libro 7. & 10. hist. Venetæ. Hoc quidem durum, si fides erat; nam magnum lucrum promittebatur, nec poterant negare Reipublicæ, si satisficere poterat. Sed illi bellum & belli causas execrati, suspexamque fidem Senatus habentes rerum suarum tenaces erant. Potest tamen eo modo Princeps uti, nec inter odiosa censendus est, si cautum sit de summâ & lucro. Non enim decet vllum sibi tantum placere, ut periclitante Principe non nisi ex auro bibere velit, cum præsertim lucrum ex beneficio liceat expectare.

CAPVT XVI.

Modi pecuniæ colligendæ ab Aristotele libr.

2. Oeconom. recensiti, alijsque similes.

§. 1. DIGNVM arbitrat Aristoteles cognoscere, quomodo veteres pecuniam confecerint, cujus ego narrationem ordine, ut ab illo proponitur, prosequi decreui; Quædam improbandæ sunt, quædam, sed paucæ laude dignæ, nonnullas iustas facit necessitas.

Cypselus Corinthius cum votum fecisset Ioui: Si civitate illa potius fuisset, Corinthiorum se dedicaturum facultates universas: iussit censum describi: illis autem profectis, decimam bonorum partem abstulit à singulis, de reliquis iussit eos negotiari & rem facere. Annoque vertente fecit idem. Euenit itaque ut annis decem & ipse haberet omnia bona Corinthiorum, eaq. consecraret, & Corinthij interea quærent, pararentq. alia. Improbum votum non oportebat exple, secundum tamen erat, ut humaniter exequeretur. Julius simili modo cum jurasset se piratas crucifixurum, prius occidit.

§. 2. Lygdamis Naxius, quibusdam in exilium actis, cum facultates illorum nemo vellet, nisi admodum paruo, emere, vendidit ea ipsis exulibus. Ea etiam quæ ut dona Diis consecraretur in officiniis non prorsus elaborata iacebant, vendebat tam exulibus quam alijs, permittens ut emtoris nomen in vnoquoque, perscriberetur.

Causa cur paruo emere vellent, erat, quia incerta videbatur possessio per tyrannidem addicta, & odiosa in vulgus; Exules mediocri precio redimere, quam omnia perdere malebant; si iuste expulsi, non fuit iniquus in venditione, quæ etiam illud effecit, ut inter se exules committerentur, dum alterius bona alius emit.

§. 3. Byzantii in pecuniæ penuria publicos lucus & loca sacra vendiderunt. Fructuosa quidem ad certum tempus, sed infructuosa ad proprietatem perpetuam. Itemq. ea, quæ sodalitates possidebant, & quæ ad sacra gentilitia pertinebant, cum alia, tum in agris priuatis sita. Nam hæc magno emebantur, quorum reliqua erat possessio. Sodalitatis a. tradebant publica alia, quæ erant circum gymnasium, aut forum, aut portum, nec non forensia loca, ubi aliquid vendebatur. Præterea salinas maris, & salu mercaturam. Item ubi quæstus faciebant præstigiæ artifices, vates, & qui medicamenta vendebant, & huius generis alij: constitueruntq. ut tertiam partem quæstus penderent. Iam permutandæ pecuniæ mensam tantummodo vnam elocarunt. Neg. licebat alio nummo, vel de altero emere, vel alteri vendere quicquam. Quod si quis fecisset, pecunia ea multabatur. Cum autem apud illos lex esset: Non habendum pro ciue, qui non utroque parente ciue natus fuisset: egentes pecuniâ scitum fecerunt: Qui altero tantum parente ciue natus esset, si per soluisset duodecim millia nummum, pro ciue habendum. In caritate verò annona cum pecuniâ inopia laborarent, deduxerunt nauigia ex ponto. Quod cum mercatores iniquo animo ferrent, vsuras persoluerunt eis decimas. Qui emebant autem tunc, ab eis vltra precium ipsum illas

illas decimas exigebant. Cum autem ex incolis quidam fenore collocaſſent pecunias, oppoſitis bonis, neq; eſſet vnde ille perſoluerentur, ſciturum fecerunt: vt qui tertiam partem debiti ſen pecunia mutua, tributi nomine conferret, bona illa tanquam propria retineret.

Multa in hac Byzantiorum *γενετολογία* ſunt notatu digna, nonnulla forte in neceſſitate imitanda. Primo vendiderunt *τα τεμένη*, hoc eſt, omnia loca Dijs conſecrata, vt ſunt luci, areae, templa, ſacella. Secundo, Loca fructuoſa, vt lucos, agros vendiderunt ad certum tempus; Infructuoſa, vt areas, ſacella in perpetuum; alioqui emptorem non inuenirent; quis enim infructuoſa emeret? vt fructuoſa redderet, iterum dimiſſurus? Tercio vendiderunt *τα διασπονία*, hoc eſt, loca quæ ad ſacros conuentus pertinebant, ſeu ad ſodalitates, *διασπονία* enim dicuntur, qui religionis ergo ſocietatem inieuerunt, vt Bacchici, Eleuſini, alij *διασπονία*, quæ ad hos pertinent, præſertim domus, & loci conuiuales. Erant autem vel *πατριωτικά* ſacra, vel vt quidam legunt *Φερεϊατικά*; Tum verò *τα εν τοις ιδιωτικαίς* in agris priuatis ſita. Vocantur domus ipſæ Polluci libro 6. *Φωλητήρια* ſpeluncæ, luſtra, in quibus perpotabant. Erant ejuſmodi multa in hortis priuatis, & agris, quæ tamen ſodalitiorum erant, non eorum in quorum poſſeſſionibus inueniebantur, idcirco Domini magno emebant, vt agros liberos haberent. Quarto ſodalitijs alia dabant, quæ publicè fructuoſa non erant. Quinto ſalinas vendebant. Sexto. Cum opus eſſet permutatione pecuniarum, vnicum ſolum conſtituerunt, vt certo precio id faceret, nempe monetam magno exponeret, vili precio reciperet. Quæ res fuit manifeſto iniuſta, præſertim cum alio nummo vti non poſſent. Vno itaque denario iureos permutare facile fuit. Nec minus iniuſta lex illa de ſenore, quæ omnia ex mala Reipublicæ adminiſtratione initium habuerunt.

Hippias.

§. 4. Hippias Athenienſis eminentia in ſuperioribus partibus ædium, & proiecta in publicas vias, itemq; ſcalarum gradus, & præmunita veſtibula, & ianuas quæ aperiendo extroſum vertebantur vendidit. Emebant igitur hæc illi prædiorum Domini, & ita copioſa pecunia collecta eſt.

Jure hæc fieri poterant, ſi projecturæ, & gradus contra legem erant; nam cum publicum occuparent, & contra leges eſſet priuatis ædificationibus vias impeditores facere, jure ſibi Reipublica occupare potuit: Hippias in eo calliditas eminuit, quod diſſimulatam legis transgreſſionem juſtitia ſummo prætextu puniuit; nam Domini ædium hæc magno redimere cogebantur, niſi totius ædificij imutatione, & deformatione majores ſumptus facere vellent. Quod ait, *καὶ δὲ τὰς ἀνορθωθῆναι τὰς εἰσόδους*, januas quæ extroſum aperiuntur, fuit hoc & olim vetitum apud Romanos. Neque enim hoc cuiquam facile, imò ne triumphalibus quidem domibus concedebatur, ſed quorum cum inſigni laude triumphus eſſet. Plinius libro 36. capit. 35. Subit verò cogitatio, quæ a portio harum fuerint areae illæ, quæ inuiſtis Imperatoribus decernebant publice exadificandas domos: ſummusq; illarum honos erat, ſicut in L. Valerio Publicola, qui primus Conſul fuit cum L. Bruto, poſt tot merita, & fratris eius, qui bis in eodem Magiſtratu Sabinos deuicerat, ad iuſci decreto, vt domus eorum fores extra aperirentur, & ianua in publicum reſiceretur. Hoc erat clariffimum inſigne inter triumphales quoq; domus.

Periculoſe autem Hippias, & odioſe; nam malitioſa, & aſtuta tyrannidis hoc eſſe videbatur. *Προφεινόμενα* vel vt alia lectio habet *πρεφεινόμενα*, (quamvis *πρεφεινόμενα* malo, ſunt enim loca ante ſcenam, vel ſeptum, & hoc loco tutamina ædium,

& ſepta in publicum extenſa) vendebat, quæ niſi redimerentur, vt dixi, omnino pereundum erat domibus.

§. 5. Nummum autem, qui tunc Athenis uſurpabatur, Hippias, improbum eſſe uſuſit, & precio conſtituto ad ſe pecuniam omnem deferri imperauit. Cumq; conuenirent, qui alio ſigno vellent eudere, idem illud argentum elocauit.

Hic mera fraus, & impoſtura tyranni, vt fraude pecuniam colligeret, deinde reprobata ante, denud approbaret. Multa nunc quoq; in moneta cudenta & recudenta fraudes verſantur, ſed ferè aliquo juſtitia prætextu.

§. 6. Præterea, qui triremis aut tribus Magiſtri, aut ludis ſuppeditare impenſas, aut in aliud iſtiusmodi munus publicum ſumptus facere deberent, conſtituta ſumma mediocri, ex his uſuſit cum, qui illam pendere uoluſſet, inter perſunctos ſuo munere perſcribi.

De trirémibus, & neceſſarijs male conſtitutum eſt, de ludis, conuiuijs, alijsque ordine & recte. Si enim in ludos impendendæ mille drachmæ, ſexcentas publico dari præſtabat, & ludos omitti. Magna hic occaſio imitandi, vt Principes noſtri omnes ſumptus, qui inanibus pompis impenduntur, ad vera, & vtilia conuertant; nec ille ſtulte, licet auare, qui cum coronas ſtatuas, & vana meditentur, cauam manum oſtendit, inque ea collocari uoluit.

§. 7. Sacerdoti (*ἱερεῖα*) etiam Mineræ, quæ in arce conſecrata erat, præcepit de vnoquoque mortuo afferri hordei ſextarios duos, & totidem tritici, & obolum vnum, id eſt, duos aſſes, ac tantundem ab iis qui ſobole eſſent aueti.

Interpres vertit *χοίνα* ſextarios duos, ſed rectius noſter Villalpandus apparatu in Ezechielem ex Fannio oſtendit *χοίνα* continere quatuor ſextarios,

Qui (ſextarios) quater aſſumptus graio ſit nomine chenix.

Arbitratur verò quinque pondo panis contineri.

Magna contributio efficitur in populosa ciuitate, ſed tyrannica, & fordida, mortuos & naſcentes cenſere. Non diſſimilis tamen capitationi Romanæ, quæ efficiebat, ne multi gauderent ſibi filios naſci, quod aliqua vires fecere.

§. 8. Athenienſes in Potidea, indigentes pecunia ad bellum, iuſſerunt proſteri cunctos, cenſum bonorum non ſimul vniuerſorum, in tribu ſua ſingulos, ſed ita vt quoque loco quidque poſſideretur, vt pauperes aſtimationem ſubiicere poſſent. Si quis verò prius nihil poſſideret, eius capitis aſtimatione erat minarum duarum. Hinc igitur tributum, quod exigebatur a ſingulis integrum conferebatur. Hæc in re nihil iniqui actum, fraudi non vere profitentium obuiam itum eſt.

§. 9. Antiffæus cum pecunia inopia premeretur ciuitas ipſius, & morem haberent, vt Dionyſia ſeu Bachanalía ſplendide celebrarent (quibus magnos ſumptus faciebant de totius anni apparatu, cum in alia, tum victimas pretioſas) quod ille feſtus dieſtunc inſtaret, perſuaſit eis, vt votum nuncuparent, ſe proximo anno reddituros Libero duplicia: & quæ parata habebant, vt venderent vniuerſa ſimul. Atque ita pecunia non modica ad præſentem ipſius uſum collecta fuerunt. Rectè ille, & quod idolo promittebatur, id quoque in cauſa Dei fieri poteſt, in neceſſitate enim publica templorum ornamenta auelli, & vendi poſſunt, Idolorum verò debent. Monet Sanctus Mater-nus Imperatores, vt omnium templorum ornamenta demonibus ſacrata in Reipublicæ uſum conuertant.

§. 10. Lampſaceni cum aduentus expectaretur trirémium multarum, & venirent polenta ſex modij denarij quatuor, iuſſerunt in foro verſantes vendere eos ſex denarij. Et ad olei congium, qui veniret denarij quatuor, adicere tres obolos, ſeu aſſes ſex. Idemq; ſacere de vino & cæteris. Priuati igitur

lum iniurias, iudicio constituto edixit: si qui lege non egissent intra tempus prescriptum, non amplius de prioribus criminibus iudicia eis darentur. Tunc itaque complurium causarum atque litium collatione, & promouationes multis propositis, ad se referens, & ab utrisque per diuersos aliquid accipiens, non parum pecunia contraxit. Altera fraus, & nimium quoque vilitata, cur enim tanta vehementia agitur, ut causae ad certa tribumalia trahantur, nisi quia & commoda attrahuntur.

Clazomenii.

§. 23. Clazomenii in penuria annonae cum pecunia deficerentur, scitum fecerunt: Ut qui oleum haberent, commodarent hoc Reipublicae cum fenore. Existit autem hic fructus in regione illorum copiosus. Cum igitur ita commodaretur oleum, conductis nauigijs euehendum illud in ea loca curarunt, in quibus fora exercebantur, unde frumentum ipsis aduenit, pigrore dato olei pretio. Legitima fuit illa negotiatio, commutatio olei pro frumento. sed quod imperet oleum habentibus, ut mutuum dent Reipublicae, iniquum est.

Clazomenii.

§. 24. Alterum fuit multo ingeniosius. Militibus (inquit) cum deberent stipendii nomine quadringenta & octoginta sestertia, neque possent dissoluere, annis singulis fenus pendebant duobus sestertia nonaginta & sex. Quia vero hoc pacto de se nihil decederat, & sumptus facere frustra ipsi pergebant, percusserunt nummum ferreum ad argenti rationem, sestertiorum quadringentorum octoginta. Hanc deinde pecuniam dabant opulentissimis in ciuitate, pro eo atque consentaneum erat cuique, & tantundem ab eis recipiebant argenti. Habebant igitur priuati quod in cotidianos usus impenderent, & debito liberata fuit ciuitas. Deinde ex vectigalibus & fenus pendebat illis, & diuidendo semper pro parte sua cuique distribuabant, nummosque ferreos recipiebant. Aristoteles ait debuisse viginti talenta, tulisse autem per totam Asiam, Ferrea autem pecunia non minus negociari poterant ciues quam argentea, cum iussu Magistratus valeret, Senatus nummos ipsos cum argenteis permutteret, donec intra annum quintum omnes reciperet.

Enicus.

Multi in necessitate hanc rationem secuti sunt; Enicus Lupides ut refert ex Nebuff. Tolofanus l. 3. c. 6. num. 26. Sic Enicus Lupides, comes Tondillanus, dux insignis, in bello Granatenfi Almae urbi praefectus, in summa rei pecuniaria desperatione, dum expectaret pecunias a Rege Ferdinando, & regina Isabella, ex charta panucea fecit schedulas sua manu propria, atque subscriptione signatas, quasdam vocans aureos, argenteos nummos, aereos asses, semissas, trientes quadrantes, hisque inter se emptiones & commercia facta sunt, pollicitus se daturum pro illis scitatis, varias pecunias, post receptionem.

Et num. 27. Id ipsum fecisse tradit Sabellus. Dominicum Michaelem, Ducem Vectorum, cum procul abesset domo classe Tyrum obsidens, in expeditione Asiatica: cum enim pecunia defectu stipendium reddi nequiret remigibus & sociis naualibus, & ex loro pecuniam publica forma signauit, quam pro aurea & argentea certis distinctam characteribus, in stipendium naualibus numerauit turmis, pollicitus fore, ut mox domi pro alutinis, aurei & argentei pari numero habentibus representarentur nummi. Quod & factum est.

Haec ratio pecuniae cum non precio metalli, sed sola aestimatione, quae ex fide, quae constituenti habebatur, rata habeatur, non est usurpanda, si omnia in dubio sint, nam eo casu desperationem inicit, multo minus si fides non habeatur; nam eludi se putant. Itaque si Mausolus, aut Condalus è loro, vel plumbo nummos eudat, nemo eos accipiet. Pecunia enim illa proprie non est, sed tessera potius dandae pecuniae verae, vel chirographum, quod nihili facimus, si vel ab impostore, vel ab egeno detur.

Selybriani.

§. 25. Selybriani in pecuniarum inopia, cum lex esset: Ne frumentum exportaretur sanis tempore, vetere illi frumento reliquo, scitum fecerunt: Trudere priuatos debere frumenta sua Reipublicae precio constituto, sic, ut quisque retineret vicium sibi vnius anni. Postea euendendi potestatem fecerunt volenti constituto precio, quod aequum videbatur.

runt volenti constituto precio, quod aequum videbatur.

Fames iam erat, itaque cum efferre non liceret iure quodam videbantur posse petere, ut Reipublicae venderetur quod supererat necessitati: ipsa deinde Reipublica euehebat, cariusque vendebat, quod iniquum erat, accipiebat enim res priuatorum, & illis negotiabatur, adempta illis opportunitate lucrandi.

§. 26. Abydeni, quod terra ipsorum per seditionem inculta esset, neque quicquam amplius impendentibus incolis, propterea, quod alia adhuc deberentur, scitum fecerunt. Qui pecuniam mutuam dedisset agricolis, ut opus ruri facerent, eum percipere fructus natos primum debere, & ceteros ea demum, quae reliqua fuissent.

Laudandum agriculturæ studium, in quo dominis praeposuntur, qui sumptum colentibus subministrant.

§. 27. Ephesii cum pecunia indigerent, tulerunt legem: Non licere ut mulieres aurum gestarent, quicquid eo tempore auri haberent, id ut commodarent ciuitati. Constitutum etiam argenti summa, quae numeraretur, permiserunt ut in templi columnis, nomen eius qui argentum illud numerasset, tanquam eius, qui illam consecrasset, perscriberetur.

Hoc aequum erat, patriae enim commodare debebant potius, quam ornamenta sua nimium amando, & patriam, & ipsa amittere. Illud sane prudens de nomine columnis inscribendo, in quo nullius iniuria praesidium patriae comparabatur: nisi forte iam ante aliorum nomina inscripta fuerunt.

§. 28. Dionysij varia fraudandi, colligendique pecuniam artes fuerunt: recenset hos Aristoteles. Dionysius Syracusius cumulare pecunias volens, concione aduocata dixit: Visam sibi Cererem esse iubentem, mundum muliebrem in suum sanum deferri. Ac se quidem hoc de suarum mulierum mundo fecisse. Postulare igitur, ut idem fieret ab aliis quoque, ne Dea irasceret. Qui non fecisset, eum sacrilegium fore pronuntiauit. Cumque omnes quae habebant, attulissent, & Dea respectu eius, re diuina facta abstulit mundum, tanquam commodatum ab ipsa Dea.

Hæc quidem scæda, & indigna rege in postura fuit, abutens miserarum superstitione ad lucrum.

§. 29. At quod sequitur ad muliebrem castigandam non inimitabile fuit inuentum, si absit superstitio. Vbi vero, inquit Aristot. temporis aliquid praeterisset, & mulieres iterum ornatus ferrent, edixit: Ut quae aurum gestare vellent, ea in templo, quod tanti esset, dedicaret.

§. 30. Aedificaturus triremes sciebat pecunia sibi opus fore. Concione igitur aduocata, prodi quamdam urbem dixit, & ad eam rem sibi pecunia opus esse. Postulauitque, ut singuli ciues conferrent aureos duos. Hanc pecuniam illi contulerunt. Spatio autem interposito dierum duum triumve, quasi frustrata res ipsum esset, collaudatis ciuibus, id restituit unicuique quod contulerat. Quo facto voluntates illorum sibi reconciliauit. Postea simili spe se esse recepturos, rursus contulerunt. Dionysius autem, quod tunc acceperat, retinuit ad triremium aedificationem.

Sic in paruis fidem praestruunt, ut in magnis fallant.

§. 31. Cum non abundaret argento nummum percussit ex stanno, aduocataque concione, copiosa oratione nummum eum commendauit. Syracusii vero, quamuis inuiti, illum scito suo approbauerunt, & unusquisque prae tulit se habere argentum non stannum.

Cum stanneos nummos nec ipse postea, nec alij reciperent, necesse fuit priuatos hoc damno affici praeterius, perinde enim erat ac si commutaretur χαλκίον σταλκίον in σταλκίον aurea aureis, centena septenis.

Dionysius. §. 32. Illud etiam vasti fraudatoris, ciuibus suis illudentis. Rursum in pecunia inopia postulatit à ciuibus, ut sibi contribuerent. Quibus negantibus se habere, protulit vrenslia sua, & venalia, quasi per inopiam hoc faceret, proposuit. Hec cum Syracusi emerent, quid quisque emisset per scribatur. Persoluto autem pretio, referre ad se vrenslile iussit, quod emisset, vnumquemque.

Dionysius. §. 33. Quin & illud tyrannicū: Syracusi propter crebra tributa defierant pecudes alere. Ibi Dionysius satis sibi colatum esse affirmavit ad taurum vsum, quig posthac parassent pecudes eos fore immunes. Cum multi autem multas pecudes immunitatis spe parassent, nactus opportunitatem, quid quisque haberet, aestimari iussit, & imposuit tributum seu pensionem. Ibi tum Syracusi egre ferentes se esse deceptos, pecudes iugulare & vendere. Cum autem ad hac Dionysius edicto desinisset iugulandarum pecudum indies numerum, illi mactantes sacrificare. Tunc Dionysius vetuit mactari pecudē feminā.

Dionysius. §. 34. Crudele vero illud, quod tamen imitatores inuenit. Rursum in pecunia inopia professione apud se describi iussit pecunias familiarum, quacunque essent orba parentibus. Quo facto ipse pecunias abusus fuit, donec singuli in suam trelam venissent.

Dionysius. §. 35. Et quod Rhegi fecit. Rhegio occupato, aduocata concione dixit. Quod diripere urbem ipsorum iure posset, sed velle se, si modo auferat impensas factas in id bellum, & pro singulis capitibus tres minas, eos missos facere. Tunc Rhegini quicquid occultauerant, id protulerunt in conspectum. Et cum ege-ri quog, pecuniam mutuo ab opulentioribus & externis sum-
fissent, ita illam summam persoluerunt. At Dionysius hac accepta, nihilominus & omnes sub corona vendidit, & suppellectilem, quam occultatam protulerant, abstulit vniuersam.

Hic fur, & fœdifiagus fuit. Sed auaritiæ nihil sanctum est.

Dionysius. §. 36. Mutuo sumperat pecuniam à ciuibus quam redderet. Cumq, illi repeterent, iussit afferri ad se argentum, quā-
tam possideret vnusq, proposita pena mortis, nisi facerent. Al-
lato autem argento, percussit nummum, ita ut denarius vnus
aestimaretur duobus, eoque, quod debebatur, quodq, attulerant
ad se, persoluit.

Dionysius. §. 37. Cum nauibus centum in Tyrreniam nauigasset, abstulit ex sano Leucothea & auri argentiq, plurimum, & nō
parum ornamentorum ceterorum. Quod non fugeret autem
ipsum habere multa, nautas quog, praconium fieri iussit: Vt
dimidium eorum quæ quisq, abstulisset, ad se referretur, al-
terum dimidium retinere posse eum qui abstulisset. Qui non re-
tulisset, ei mortis poenam proposuit. Arbitrati autem nautæ, si
dimidium retulissent, tuto se retenturos esse reliqua, illud re-
tulerunt. At Dionysius his acceptis, rursus dimidium referre
eos iussit.

Hæc tam iste tyrannus, non modo potentiā, sed
mēdacio, & fraudibus vsus, ad emungendā pecuniā.

Mendai. §. 38. Mendai fructibus quos redderent portus & alia ve-
tigalia, vrebantur ad ciuitatis administrationem, sed quod
ex solo & edificijs perciperetur, id non exigebant, ac nomina
tantum occupantium perscribebant. Qui quoties ciuitati pe-
cunia opus erat, persoluebant quantum debebatur. Lucrum fa-
ciebat igitur ex tēpore praterito, abusi illis pecuniis sine fenore.

Iustissima illa ratio fuit, nā qui occupabant illa æ-
dificia pecunia vti poterant, atq, ita ditescere; si enim
spacio viginti annorum nō opus esset pecunia, nihil
soluebant; nec tum quidem quantum debebant, sed
quanto opus habebat ciuitas. Nec damnam inde
sentiebat Respublica, tanto enim cātius bona illa
conducebant, cum viderent se ex fructibus non per-
solutis lucrari posse. Ne tamen decoquerent, singu-
lis annis omnia perscribebantur.

Mendai. §. 39. Idem bello aduersus Olynthios cum pecunia indi-
gerent, & copia mancipiorum abundarent, scitum fecerunt:
Vt vnusquisq, tantum duodecim mētem, marem & feminam, &
reliqua venderet vniuersa ut haberent priuati pecuniam,
quam ciuitati mutuo darent.

Magna dubio procul pecunia collecta est; ex nu-

merosis, & caris mēcipiis. Causa tamē edicti, ne bel-
lo occupatis Mendais mancipiorum multitudo pe-
riculosa esset, & urbem, quod alibi fecerūt, alibi ten-
tarunt, eiectis dominis occuparent; deinde ut sum-
ptus ad onera belli sustinenda superesset.

§. 40. Callistratus veniente in Macedonia portorio ple-
runque ducentis octoginta sestertiis, percipit ut perciperetur bis
tantum. Nam cum animaduertisset opulentiores illud semper
redimere, quod fideiussores oporteret Talantinos de illis ducen-
tis octoginta constitui, per praconē edixit: potestatē fieri emen-
di quicunq, veller, & constituendi fideiussores partis tertiæ, &
quantacunq, summa persuadendo habere aliquis posset.

Hoc crebro vsurpandum principi censeo, ut varijs
res commodentur; nam reuera sepe persuadetur minoris
commodi res esse, quæ summam ingentem conferre
possunt.

§. 41. Timotheus Atheniensis bellum gerens cum Olyn-
thiis, in pecunia inopia erem nummū percussit, & militibus
distribuit. Quibus hoc egre ferentibus, ostendit à mercatoribus
omnia & in foro venales eodē nummo ipsis venditū iri. Mer-
catoribus autem ostendit, quos nummos ereos accepissent, iis-
dem rursus eos emere & illa in regione venalia, & pradam
actam debere. Et si quid eris superfuisset, id ad se referre, proq,
eo accipere argentum.

Easdem conficiendæ pecuniæ praxes supra vidi-
mus. Hic tantum difficultas ex ea emergens tollitur.
Ex quo patet, non valere eam rationem, nisi pecunia
acceptetur, & spes sit eam recipi posse.

§. 42. Ad Corcyram autem bellum gerens, & laborans
inopia, militibusq, flagitantibus stipendium, & recusantibus
imperium ipsius, & minitantibus se esse ad hostes transituros,
aduocata concione illorum, dixit: Impedientibus tempestati-
bus argentum ad se non potuisse deportari: Nam tanta se
copia abundare, ut trimestre iam ante tempus persolutum sti-
pendium dono eis dare vellet. Milites autem rati, nequaquam
illum tantam facturum fuisse iacturam, nisi reuera pecuniam
expectaret ad se esse peruenturam, ita de stipendijs acquie-
runt, donec Timotheus ea, quæ voluit gerendo, expediret.

An donarit deinde non explicat Aristoteles, certe
milites crediderunt, & periculosum fuit non dare.
Arma tenenti omnia dat, qui iusta negat.

§. 43. Præclara eius ratio in oppugnatione Sami:
Cum Samum oppugnaret, fructus, & quicquid in agris erat,
ipsis Samiis vendebat, vnde copia pecuniæ ad stipendia militi-
bus persoluenda suppetebat. Postquam vero multis aduentan-
tibus necessariorum pecunia esse cepit in castris, edicto vetuit
vendi frumenti farinam, & mensuram minorem modijs VI.
& humida omnia mensuram minorem congijs decem. Centurio-
nes igitur, & qui ordines ducebant, ementes copiosa omnia, ita
militibus suis distribuiebant. Aduentantes vero, ipsi suum sibi
victum apportabant, & discedentes si quid reliquum erat, di-
uendebant, ut iam victus copia abundarent milites.

Primum laude dignum, quod cum fame eos ex-
pugnare non posset, vltro fruges vëdiderit, quas ca-
re emerent, timore annonæ, cum ager ob bellum in-
cultus iaceret; Claris ducibus exemplum, ut quæ ex
hostibus capta ipsis vsui esse non possunt, etiam ho-
stibus reuendi posse, ut militi stipendia comparētur.
Deinde cum illi qui ad castra aduentabant, non nisi
in vnum alterumq, diem comparare cibaria vellent,
nec tamen coemere possent pauca, secum attulerūt,
& paulo plura quā opus essent, quæ discedentes do-
nabant, aut vili in castris vendebant; nec sic tamen
mercatores & institores auertebantur à castris;
cum multa simul sine xelwasiq, minuta diuisione di-
uenderent.

§. 44. Didales Persa, militibus quos habebat victū quo-
tidianum suppetitare ille quidem poterat ex hostiū terra, sed
pecunia, quam penderet, ei non erat. Cumq, dies venisset so-
lutionis, tale quiddā comminiscitur. Aduocata concione mili-
tum, non esse se pecuniarum inopem dixit, sed habere pecunias
quodam in loco, quem etiam indicauit. Et castris motis illuc
perrexit

Perrexit. Deinde ubi appropinquauit regioni illi, in locū ipsū proceffit, de quo fanis, quae ibi erant, abstulit, quicquid vasorum argenteorum reperit. Mox onus multis, quasi illi nihil nisi argentum portarent, cum eminentia hi vasa ostentarent, ita facere iter. Hoc cernentes milites, & arbitrati quicquid portaretur à multis id esse argentum vniuersum, animum habuerunt bonum, tanquam stipendium accepturi. At ille Amisum perueniri, ibi signari argentum oportere dixit. Erat autem via Amisum vsque complurium dierum, & difficilis propter frigus. Toto igitur illo tempore abusus est exercitu, cum nihil nisi victum praeberet. Idem opifices in castris, & caupones, & permutantes aliquid penes se habebat omnes, neque licebat horum quicquam alteri exercere vlli.

Stratagema duce magno non indignum, si tamen bona fide ex aerario regio postea dissoluit.

Chabrias.

§. 45. Chabrias Atheniensis Tao Regi Aegyptiorum varios modos conficiendae pecuniae tradidit, ita recenset Aristoteles: Chabrias Atheniensis, cum Taos Rex Aegyptiorum educeret exercitum, & pecunia deficeretur, suavit vi demonstraret viri, quod sexus sacerdotibus sibi per sumptus belli, numerum ipsorum diminueri necesse esse. His illi auditis, & quia, sacrorum administratione volentes esse suam, ita singuli pecunias Regi dare. Hac cum accepisset, suavit Chabrias Regi, ut insuper iuberet: sacerdotes quos sumptus eatenus fecissent in sacra & sese, eorum deinceps, ut decimam tantum partem impenderent, & sibi reliquum daret mutuo, donec bellum aduersus Regem Persarum finiretur. De vnaqua, etiam colonia suavit, ut imperaret certa pecuniam tributum nomine, itemque de singulis corporibus. Item de frumento quod veniret, ut exigerentur ultra pretium tam ab emptore quam venditore, de singulis artibus asses bini, nec non de nauigiis & officinis, & aliis, quicquid negotii gereretur & fieret quaestus, quaestus illius pars decima. Itemque copia extra terram eductura regi suavit: ut iuberet quod quisque argenti aut auri non signati haberet, id ad se afferret. Cumque esset allatum, suavit item: Rex eo ut vteretur. Et eos qui mutuo decessant, commendarer Nauarchis, qui debita persoluerent ex tributis.

Melius Iphicrates.

§. 46. Melius Iphicrates Atheniensis Coty suavit, ut imperaret omnibus suae ditioni subiectis, ut cognoscerent singuli soli partem exceptam regi XVIII. modis. Hoc facto magna frumenti copia fuit collecta. Quae in ea loca, ubi fora agebantur, exportata, abundans pecunia est confecta.

Ex agricultura itaque belli sumptus tolerauit, quod si ante in pace audisset Iphicratem frumentorum, & pecuniarum accuos in usus belli parasset.

Coty.

§. 47. Perfidiae plenum illud Coryos Thracis. Petebat in mutuo ab Perinthiis ad contrahendos milites. Eam Perinthii dare volebant. Petiit igitur ex ipsorum ciuibus aliquot saltem ad se mitterent, qui certis locis praesidio essent, ut militibus ea tunc custodientibus alibi vti posset. Id Perinthii cito fecerunt, rati illa ita loca in sua potestate fore. At Cotys eos qui ad se missi fuerant, captos detinuit, iussitque, ad se mitti mutuo petitam pecuniam, & ita recipere suos ciues.

Mentor.

§. 48. Mentor filium comprehenso Hermia, occupatis etiam in locis quae ille tenuerat procuratores constitutos ab Hermia non remouit. Itaque iam omnibus securis, & si quid dudum absconderant aut deposuerant apud externos, id rursus habentibus apud se, & ipsos comprehendit, & quicquid habebant penes se, id abstulit vniuersum.

Memno.

§. 49. Memno Rhodius Lampasaco potius in penuria pecuniae magnam summam pecuniae perscripsit, quam opulentissimi persoluerent, eamque recepturos ipsos esse ostendit ex aliorum ciuium tributo. Cum vero et ceteri conturbassent, iussit illa quoque summam mutuo sibi dari ad tempus, idque praefiniuit, quo ea pecunia restitueretur. Rursus pecunia egens contribuere eos iussit, & ex vectigalibus quod dedissent recipere. Illi, qui celeriter se recepturos sperarent, contulerunt. Eamque, aderat tempus ut vectigalia perciperentur, at Memno sibi pecunia tunc quoque opus esse ostendit, seque postea esse accepta redditurum cum senore. Quos in exercitu ei habebat, iis detraxit frumentum & stipendium dierum sex, per annum. Pollicitus iis diebus ipsos neque vigilas neque, irruerit obituros, neque insumpturos quicquam, nimirum exceptis illis.

§. 50. Superiore tempore etiam cum metiretur frumentum militibus, secunda post nouam lunam die, primo quidem ille mense dies praeterit tres, sequente vero quinq, & hoc modo proceffit donec ad triginta perueniret. Hoc imitatio nostro tempore sunt, qui mensem militarem fecerunt quinque, aut septem hebdomadam.

Charidemus.

§. 51. Charidemus Orita, tenens loca quaedam Aegolidos, cum exercitum contra se adduceret Artabassus, pecunia deficiebatur, quae militibus numeraretur. Ac primum contribuebant nonnihil. Mox non habere se quicquam amplius aiebant. At Charidemus, quem locum esse opulentissimum arbitrabatur, ex eo iussit incolae si quid nummorum haberent, aut si quae vasa pretiosa alio ablegare. Additumque se esse deductores. Ipsumque hoc agere erat manifestum.

Itaque illis fidem habentibus, non longe eductos extra urbem excusit, si quid haberent. & quam multis opus erat ea abstulit, ipsosque eundem in locum reduxit. Per praconem etiam edixit: Ne quis in illa urbe, suae ditioni subiecta, arma haberet domi suae: Quicque habuisset, eum argentum debere persolvere, cuius summa fuit pronuntiata. Sed statim negligere ipse, neque respectum ad haec habere. Illi vero homines praconum istud temere factum esse rati, retinebant ea quae prius quisque habuerat loco suo. At Charidemus de improviso excusis domibus, ab eis, apud quos armorum aliquid reperisset, multam constitutam exegit.

Prius rapina fuerat, alterum fraudulentia; nec enim lex ferenda est, ut multa transgressoribus ponatur. Nostri principes quotidie sic pecuniam copiosam colligere possunt. Nam leges eorum fere negliguntur. Itaque si clam notentur, qui leges sumptuarias prandiorum, aut vestium violant, cumque omnia tuta putant, praene exigantur, magno commodo aerarium augebitur. Verum non est boni principis leges tanquam laqueos, & tendiculas ponere subditis.

Philoxenus.

§. 52. Philoxenus quissiam Macedo satrapes in Caria in pecunia inopia, ostendit se Dionysia celebraturum esse. Et Caria incolarum opulentissimam descripsit, qui choros instruerent, imperatis iis quae apparerentur. Ac cernens eos grauari, subornauit quosdam qui sciscitarentur, quid dare vellet, ut muneris vacationem haberent. At hi plus etiam se duros esse, quam impensuri viderentur promittere, ne interpellarentur, & abducerentur a suis negotiis. Ibi ille acceptis quae isti dabat, descripsit alios, donec etiam ab his accipit quae voluit, & ita accipiebat aliquid à singulis.

Turpe quidem hoc lucrum, sed tamen magnum, & alia in parte vitatum, cum ad militiam vocantur, qui omnibus illam modis vitare cupiunt, ideoque vacationem quouis precio redimunt.

Euaesus.

§. 53. Crudelitati etiam auaritiam, & ludibria adiecit Euaesus. Syrus satrapes in Aegypto, cum enim sensisset praefectos prouincias ab se velle desistere, accessit in regiam ipsos suspendi vniuersos. Iussitque dici familiaribus eorum & propinquis, asseruari illos. Singuli itaque laborabant pro suis, & redimere cupiebant pecunia captos. Atque ipse pactus de vnoquoque & acceptis de quibus conuenisset singulis mortuum restituuit.

Cleomenes.

§. 54. Cleomenes Alexandrinus satrapes in Aegypto, cum fames aliis in locis esset magna, in Aegypto autem mediocri, praefecit exportandi frumenta licentiam. Prouinciis autem praefecti negare se posse tributa pendere, si non liceret exportari frumenta. Tum ille ut exportare liceret concessit, sed vectigal imposuit frumento magnum. Itaque eueniebat, ut cum frumenti exportaretur non multum, magnum vectigal acciperetur, & eriperetur praefectis id quod praetenderant.

Cum fames premeret Aegyptum iure euectionum frumenti, sed cum tributum negaretur, inuenit rationem, qua & efferret, ne negandi prae-textus esset, & tamen parum frumenti eueheretur.

Cleomenes.

§. 55. Ridelicium quod de Crocodilis definiuit. Cum quodam tempore eam prouinciam nauigio transiret, in qua

in qua DEVS habetur Crocodilus, correptus fuit à Crocodilo vnus ex pueris ipsius. Tum sacerdotibus conuocatis: se, qui prior affectus esset iniuria, autores illius Crocodilos, velle vlcisci ostendit. Et mandata dedit vt illi caperentur. At sacerdotes, ne Deus ipsorum despiceretur, aurum quantum potuerunt colligere, ei tradiderunt.

Cleomenes.

§. 56. At maleuolum quod deinde fecit. Dedit hinc mandata Alexander Rex, vt conderet urbem ad Pharium, vtque eo transferret forum rerum venalium Canobo. Ibi ipse nauigio accessit Canobum, & ostendit sacerdotibus eo in loco ac locupletibus, ideo se aduenisse vt traduceret eos alio. At sacerdotes & cines collatas pecunias ipsi dederunt, vt forum apud se sibi relinqueret. Quibus acceptis tunc ille quidem abiit. Postea vero omnibus ad edificandum preparatis, nauigio iterum Canobum accessit, pecuniasque ab ipsis ingentes multitudine postulauit. Nam hoc iam interesset, vt ibi sit forum & non illic. Cumque se nullo modo tantum persolvere posse affirmarent, tum tradidit ipsos.

Cleomenes.

§. 57. Ingeniose tamen negotiatorem infidum circumuenit: Abigato quodam ad emptionem quampiam, cum sensisset, eum natum esse vili, & velle expensum ferre quod plus esset, dixit necessariis illius, audisse, quod ipsorum amicis merces emisset supra modum magno pretio, itaque se non esse assensurum. Simulque meriti eius simulata in acundia iniecit. At illi his auditis, non debere aiebant ipsum fidem si habere, qui contra absentem aliquid dicerent donec reuerfus hic rationem redderet coram ipso. Qui postquam rediit, narrauerunt ei, quæ ex Cleomene cognouerant. At ipse suis simul atque Cleomenem volens demonstrare omnia, retulit de pretio quod mercando expenderat.

§. 58. Simile & illud. Cum frumentum veniret in illa regione denariis decem, accessit is qui vendendis frumentis faciebant, questum, perconatus est quantum a se accipere vellent. Qui cum dixissent: minoris ipsi se esse dacturos quam ceteris mercatoribus, iussit quidem sibi traditi frumentum quanti aliis, ipse vero pretium statuit frumenti denarios 32. & tanti vendebat.

Cleomenes.

§. 59. Conuocatis sacerdotibus dixit: Perquam iniquales sompnus in ea regione in sacris impendi, itaque, & sanorum & sacerdotum numerum diminui oportere. At sacerdotes cum priuatis suis, tum publicis sacras pecunias illi dare, existimantes reuera eum istud facit, esse, quod vellet suum quisque, facinum saluum esse, & ipse sacerdos permanere.

Antimenes.

§. 60. Antimenes Rhodius curatione ei lata viarum circum Babylonæ ab Alexandro, pecunia copiam ita conficit. Lex erat in Babylonie regione antiqua: Decimam pendere de is, quæ importarentur, debere. Ea nemo iam dudum vtebatur. At ille tempus obseruauit, quo aduentus Satraparum omnium exspectabatur, itemque militum, nec non legatorum baud paucorum, præterea artificum accessorum & alios adducuntium, quique priuato nomine peregrinarentur, quo tempore & munera multa solerent afferi. Tunc igitur decimam exegit secundum legem quæ extabat.

Antimenes.

§. 61. Rursum laborans inopia, iussit mancipiorum, quæ erant in castris, nomina per scripta à volentibus, quanti videretur estimari: Et de singulis anno vno eos persolvere denarios octo. Quod si cuius mancipium aufugisset, pretium illius restitutum iri promisit. Multorum igitur mancipiorum per scriptis nominibus, non parum argenti conflatum fuit. Si vera aufugisset aliquid, iussit satrapam in cuius loca peruenisset, vel reducendum illud in castra, vel pretium Domino persoluendum curare.

Ophellus.

§. 62. Ophellus Corinthius, constituto procuratore provincie Arthridis cum provinciæ præfecti illius loci ipsum accederent, & multo plura se tributuros pollicerentur, & pererent, vt procuratorem constitutum remoueret: interrogauit eos, possent ne facere promissum? Qui cum posse se affirmarent, non ille eodem loco monuit procuratorem, tributa vero, quæ estimatione ipsi sua subiecerant, exigi iussit. Neg, igitur constituto abs se honorem detrabere videbatur, neg, præfecti maiora tributa imponere quam ipsi constituisset, cum ad se multiplex pecunia perueniret.

§. 63. Pythocles Atheniensis, Atheniensibus consilium dedit, vt plumbum Tyrium respublica à priuatis ad se reciperet, eo pretio quo venibat, nimirum duobus denariis, vt ciuitas deinde illud venderet constituto pretio denariorum sex.

Pythocles.

Ad menopolium vetitum fraus illa pertinet, neque enim negotiari eo modo Rempublicam oportet, vt priuati emere cogantur.

§. 64. Chabria coactis ad naues centum viginti quantum satis esset hominibus, cum Tamen non pluribus quam sexaginta opus esset, iussit vt reliqui is, qui in sexaginta nauibus essent, duorum mensium stipendium soluerent, aut nauigare ipsos. At hi cupientes remanere apud sua, dederunt quod imperauerat. Antimenes ea quæ condi solebant propter vias regias à satrapis compleri iubebat secundum regionis illius legem. Quoties autem inopia laborabat vel exercitus vel alia multitudo, absque Rege, aliquo abs se misso vendebat ea quæ condita erant.

Chabria.

§. 65. Cleomenes vno mense milites defraudabat. Accedente luna nona cum stipendium esset dandum militibus, accessit de industria nauigio. Et deinde abeunte mense discedens nauigio stipendium persoluebat. Postea sequente mense differebat solutionem vsque ad alteram nouam lunam. Milites autem quod paulo ante stipendium accepissent, quieti erant: itaque ille vnum in anno mensem præteritis, vnus mensis stipendium militibus subtraherebat.

Cleomenes.

§. 66. Stabellius cum deberet militibus stipendium, co-uocatis ductoribus, sibi priuatis nihil prorsus opus esse dixit: & quoties indigeat militibus si illorum cuius, argentum dederit, ita ad conducendum externum militem eos posse ablegari. Et ea stipendia, quæ militibus persolvere cogatur, se eis libentius esse daturum. Iussit igitur dimittere suos vnumquemque, ita vt manipulatum ex illa regione discedant. Ductores cum ea ex re lucri aliquid se facturos esse arbitrantur, milites ita quemadmodum Stabellius præcepit dimittunt. Ad hoc autem interposito tempore, congregatis ipsis: neg, tibicinis absque cornu Musico, neg, ductoris absque, militibus ipsum esse dixit, iussitque eos regione illa excedere.

§. 67. Dionysius circum fana obiens, sicuti cerneret propositam mensulam auream aut argenteam, Boni cunctus, cum infundere iussisset, præcepit illam auferri. Quæ simulacra autem erant eiusmodi, vt extensa manu præferret pateram, eam adimere iussit, quod diceret se accipere. Pallia etiam aurea & coronæ de simulacris detraxerat, dicebatque eis se & leniora & melius odorata dare velle, atque ita illi pallium lintheum, & coronas violaceas circumdabat.

Dionysius.

CAPVT XVII.

Modi inique congerendi pecunias.

§. 1. Omnia quæ hactenus dicta sunt de opibus in pecunia colligendis, eo pertinent, vt æqua cōpro- querenda benthur, iniqua repudientur, nam ex iniquitate dic- iniquitas. scere maximum est malum. Nihil vero adeo sanctum est, quod improbitas non violet. Omnis industria quæ in negotio tam lubrico versatur facile titubatur, atque ex iusta iniusta efficitur. Sunt enim in tributis vt ostendi, multa iniquissima, vt in Chrysargyro, vt in vectigali leonum, in Caligula, pstitibus. Nec sufficit priora sustulisse, nisi à nouis imponendis abstinereas. Anastasius quidem Chrysargyron sustulit, sed xv solidi taxat induxit tributum priore multo grauius, Nicephorus l. 16. c. 40. 41.

Nunc itaque modos alios, quibus opprimuntur Nummum in Republica pauperes diuitesque, recensebimus. iactare ve-

§. 2. Prima ratio præter iam dictas est in mone- tus malum. rapublica minuenda, augendaque. Non veteri illa fraude, quæ patebat; sed noua, & subtiliore. Quis enim Hippiam imitatur, aut Leuconem, de quo recenset Polyenus l. 6. stratagematum; Eum iussisse vt quilibet adferret nummos aliâ formâ excuden-

Ddd 3 dos